

cito eius repletur archanum¹, ut cunctis qui aderant non minor extaret, verum etiam coaetaneos suos de grammaticorum sonis antiphonisque praeheret. Potens est hec facere, qui vellicanti sicomoros prophetam cunctis ostendit.

Haec transacta, Peladius, cuius mentionem fecimus, qui Praeiecti erat propinquus, innuit puero, ad quendam diaconem vocitantem² Babbonem, sibi rogatum prandii causa, secum accessurum. Puer sequitur patrum, ad domum perveniunt prandentis. Sed, ut mos est malorum hominum plus sequi ignominiosis³ causis quam ad necessitatem anime profuturis⁴, ab ipso Babbone⁵ bestie, quae humana⁶ solent praebere solatia et terrere ferarum seviciam, canes constricti cathenis, domum eius pro foribus custodiebant. Quorum tanta erat rabietas⁷, ut humana non differrent sauciare corpora⁸. Sed ut iam in puero nostro Preiecto Dei patesceret gratia, se pro foribus adire constituit. Quem⁹ canum miseria visum, disruptis cathenis, latratum¹⁰ non modicum erga puerum perstrepunt, eum dirumpi¹¹ cupientes. Sed salvat eum, cuius ipse post futurus erat in plebe, miro modo, ut nulla pueri¹² canum ferocia intulisset malum. Advenientibus ceteris, retorqueunt¹³ rabietatem, sauciant miseros, ut daretur intelligi¹⁴, quem Dominus diligebat, non fuissent ausi morsibus laniare, qui sub¹⁵ munimina crucis dominice armaverat frontem.

His itaque transactis, Genesium tunc temporis archidiaconum, qui non longo¹⁶ post tempore in pontificale culmine est sublimatus, a parentibus suis commendatur Preiectus in aula. Quo suscepto, paternale affectu cum omni diligentia enutrivit ac erudit et¹⁷, ut pontifex effectus est, ad sui auriculam habuit consiliatorem, seu¹⁸ et, pecuniam¹⁹ commissam pauperum, efficit²⁰ dispensatorem. Quem in tantum delectionibus simul et disciplinis probavit et erudit in cunctis, ut illa capescebat aetas, de litterarum causis, ut multi ex hoc fauces invidie suas replerent. Et ut mos est clerum multorum scientiam praegravare, quod in suas non valent replere cellas, ceteros sapientie datos odia²¹ maligna desiderant perfundere. Unde Martinum quendam, qui²² cantilene vocis pro decorem sancta-

1) 'archano' 2 a. b. 2) 'vocatam Babonem' ('Labonem' 2 b) 2 a. b. 3) 'ignominiosa' 2 a; 'ignominiosos' 2 b; 'c.' om. 2 a. b. 4) 'profutura' 2 a; 'profuturos' 2 b. 5) 'Babone' 2 a; 'Labone' 2 b. 6) 'hominibus' 2 a; 'huic iam' pro 'h.' 2 b. 7) 'rabies' 2 a. b. 8) 'corpa' 1. 9) 'quo' ('quos' pr. m. 2 a) — 'viso' 2 a. b. 10) 'latratu non modico' 2 a. b. 11) 'dirumpere' 2 a. b. 12) 'puero' 2 a. b. 13) 'retorquent rabiem' 2 a. b. 14) 'quia' add. 2 a. b. 15) ('sub' om.) 'munimine' 2 a. b. 16) 'longe' 1, corr. 17) 'et — dispensatorem' om. 2 a. 18) 'set' 2 b. 19) 'pecunia commissa' 2 b et 1 e corr. 20) 'effecit' 2 b. 21) 'odio maligno' 2 a; 'odiis malignis' 2 b. 22) om. 2 b; 'preerat' post 'cantilene' add. 2 a: deleas 'qui'?